

capto, tota Homenitarum regio in Adadi potestatem venit: A qui ad Justinianum Imp. legatos misit, petunt Episcopos, & doctores. Ille misit ei Manthomarium quendam Alexandria oriundum, per quem celestis doctrina est plantata, circa annum decimum sextum Justiniani. Paulus Diacon. l. 16. Cedrenus, & Niceph. l. 17. c. 32.

Sub Justiniano, Cedualda Geviforum rex, cum insulam Vectam oppugnaret, votum fecit, si victoria potiretur, se Christianum futurum, & quartam ejus regionis partem sacerdotibus daturum. Votum, à Vulfredo in fide instructus, Romam petiit, & à Sergio Baptizatus, obiit anno 689. Beda l. 5. c. 4.

Clodoveus, hujus nominis primus, Francorum rex, nec Remigii sanctissimi viri monitis, nec Clothildis uxoris precibus, atque obtestatione adduci unquam potuit, ut perfidiam, quam à majoribus imberat, exueret. Alemanni congressus, qui Galliam ingentibus copiis invaserant, cum se ab eis vinci cerperet: Deus, inquit, quem Clothildis uxor colit, si hodie victor ex hostibus redeo, caput hoc meum, ac gentem tibi omnem trado, dicoque, Nec defuit precationi tam pia felix eventus. Victi statim hostes terga vertunt: ut duplex orbis miraculum esset, & victos eos, qui paulo antè victores erant, & B regem Christianum factum, qui ab eo nomine tantum prius abhorrebat. Eguar. l. 1. c. 1. Hincmarus in vita Remigii, & Ivo in Chronico sub Leone secundo, Sigebertus in Anastaso, circiter annum Christi 599.

Utilitate, Luero.

Bonifacius Moguntinus Episcopus Thuringis, nullum doctorem Evangelicum admittentibus, Christum salvatorem mundi prædicavit, facta irruptione, cum exercitu in terram eorum. Vide supra, Magistri religionis, Conjuges.

Nuptiis invitati.

Vide supra, Magistri religionis, Conjuges.

Theodelinda, Longobardorum regina, fidei Catholicæ studio inflammata, quod ab priori marito regem impetrate nequiverat, id sibi ab Agilulfo, quem in societatem thori, atque regni receperat, extorquendum existimavit. Igitur omni precum genere obtestati illum instituit, ut explosum toto concilio Ariarum errorem relinquere, & catholicam veritatem acciperet. Agilulfus autem, cum veritate compulsum, tum honesta uxoris voluntate, cui summa se debere omnia intelligebat, adductus, in ejus se futurum auctoritate respondit, atque ita Catholicam fidem suscepit. Regis inde auctoritatem Longobardi sequuti, & qui gentilitatis, & qui hæreseos labe erant infecti, Catholica subinde dogmata sunt amplexi. Agilulfus quasi superiorum errorum poenitentia ductus, Ecclesias, & monasteria, quæ bello afflicta fuerant, instaurare, ac possessionibus cumulare, Episcopos, atque abbates, qui depressi fuerant, ad pristinos redigere honores instituit. Sigon. lib. 1. reg. Ital. ex Paul. Diacon.

Brunehildis Athanagildi Hispanorum regis filia, ab Arianis baptizata, post matrimonio juncta Sigeberto Francorum regi, ejus iussu in nomine individuae Trinitatis rebaptizata fuit. Greg. Turonensis l. 4. c. 26. Idem narratur de sorore Brunehildis, Glafunita, conjugæ Chilperici, fratris Sigeberti.

Tempore Constantis, qui fuit nepos Heraclii, etiam provincia Miltienglorum, id est, mediterraneorum Anglorum sub rege Paade est conversa. Is enim vivo patre Penda, illi regioni præfectus, ambivit Aluchfledam filiam Osvii, regis Northanimborum: ejusque connubium impetravit ea conditione, si Christianam fieret. Cognoscens igitur de doctrina, & persuasus à filio regis Osvii, illud non gravatim fecit: & amplexus doctrinam, baptizatus est à Sinano Episcopo cum omnibus, qui secum venerant, comitibus ac militibus: domum rediens, secum duxit quatuor presbyteros, Ceddam, Addam, Bartim & Diurnum: qui palam in ejus provincia predicantes, multos quotidie converterunt. Penda quoque pater ejus, licet ipse ab antiqua religione nollet recedere, tamen aliis non prohibuit, ne Christiani fierent: immò ipse eos contempsit omnibus modis, quos fide Christi imbutos, opera fidei non habere deprehendit: inquit, Miseros illos esse, & execrandos, qui deo suo, in quem crederent, obedire contemnerent. Beda l. 3. c. 21.

Hædewegum alteram F. rex Hungariæ Ludovicus desponderat V. vilihelmo, Leopoldi ducis Austriæ filio, primam Mariam Sigismundo cum Hungariæ regno. Dos erat Polonia: quod id quoque regnum erat in manibus Ludovici regis,

coemptum auro ab duce Candido, qui sacrum divæ Mariæ ordinem anteposuit sceptro. Mortuo rege, Poloni, & Teutonici generis hominem regno pariter, & speratis nuptiis privaverat. Erat ex regibus Lituaniæ Jagail, sive Jajello, major natu duorum fratrum, expers Christianæ religionis. Hunc cum virum strenuum, & iusti tenacem agnoscerent, fecere illi conditionem, si vellet sacrum subire baptismum, cum religione Christi se regnum illi, & sponfam regiam collaturos. Ille non diu cunctatus, magnas accepit conditiones, baptizatus in Ecclesia Cracoviensi, nomen accepit Uladislai: quod in ea gente vetus, celebre, & regium erat. Ita factum est, ut cum rege suo magna Lituaniæ pars ad Christianismum pervenerit, invitata præmiis, quæ nullis antea potuit compelli armis. Crantz. lib. 9. Vandalia.

Calamitatibus.

Saulus persecutor Ecclesiæ Christianæ, Damasum profectus, in ipso itinere à Domino conversus est. Aporum. 6. Quis ergo desperet, quamvis impius, & crudelis, & omniimmanitate præditus, si Christiani nominis summus persecutor, factus est Christi Apostolus? si vas iræ conversum est in vas electionis? si is, qui insensibilis fuerat Ecclesiæ hostis, repente evasit constantissimus ejusdem Ecclesiæ propugnator? Sed dices: Ille in via vocatus est, ut se corrigeret, penè coactus est. Quid tu, quoties peccatorum conscientia compungeris, nonne vocaris? quoties advertebat aliqua sollicitas, nonne cogeris? Quid ergo averteris? quid reluctaris? Ille in terram occidisset, justus est furegere, & civitatem ingredi, ut ibi audiat, quid se oporteat facere: & tu terrenam cupiditatem malignitatemque verus, jam tandem surge, & ingredere civitatem mandatorum Dei, ut ibi dicas, quid te facere, quid fugere oporteat, ut salutem tibi parare possis. Quam cadendo amiserat, visum, quem cadendo amiserat, restituit. Ananias interpretatur domum gratiæ Domini. Hoc donum tibi manum imponet, conferens virtutem, ut in spe confideris, & visum recipias, quam peccando perdidisti. Non visum carnis, neque oculorum, sed quo Deus videtur, mentis, & intellectus, ut demum cum ipso Paulo gloriariqueas dicens: Gratia Dei sum, quod sum: & Gratia ejus in me vacua non fuit, sed gratia ejus in me manet semper. Marul. l. 2. c. 21. & 7. Sab. l. 5. c. 4.

Post necem martyris Siffimii, Martyrii, & Alexandri, in valle Annonia ad Occasum Venetiæ (ut habet Ptolemaus) operetur terram maxima caligo: sed & crebra fulmina ingeminabantur. Qua re perterriti incolæ Pagani plurimi doctrinam martyrum amplectentes, conversi sunt. Commemoratur Petrus de Natalib. l. 5. c. 63.

Anno 428. Burgundiones, qui in Germania remanserant, quotidianis impressionibus ab Hunnis exagitati, post agros suos incensos, hominibusque fœdè occisos, ceteris desperatis auxiliis, ad Christum Deum opem implorantes confugerunt, atque Episcopo ex Gallia repetito, se sacro tingi lavacro postularunt. Is, cum septem dies jejunii præcipisisset, atque infide illos erudivisset, octavo demum eos abluit, & cum pace dimisit. Quo facto, ingenti inde fiducia in Hunnos reversi, cum Optarum regem Atrix patrum cibo nimio sumpto se dirupisset, atque Hunnos sine duce esse comperisset, factio impetu tanta felicitate pugnavit, ut Hunnorum decem millia à tribus sint Burgundionum millibus occisione occisa. Ab illo tempore Burgundiones Christum ardentè studio colerunt. Sigon. lib. 12. Imp. occid. ex Socrate.

Godoschalvus Vandalorum princeps, ex Dania, ubi multos jam annos, ob crudelitatem patria ejectus exulabat, reversus ad Christianam restaurandam religionem, quam prius extremè oderat, animum adiecit. Hujus opera, infania gentium multitudine idololatria abjecta, Christianum nomen amplexa fuit, sacræ ædes reparatæ: & hinc inde viros doctos, qui novellam jurentur plantationem, conquisivit: ut Crantz. lib. 3. c. 1. testatur.

Gurundus, seu Gormo, Phrotonis filius à rege Britannicæ Elfrido captus, cum triginta proceribus, & maxima turba satellitum baptizatus, ac fortius est provincias Orientalium Anglorum, & Northumborum. Vincencius l. 34. c. 40. ex Heinando, sub Ludovico II. vrbelmanni Marmelburienfis lib. 2. cap. 14. de Angliis.

Ignominia.

Borivovius Hostiunij Filius, Boemæ principatu suscepto, diver-

diverterat ad regem Moraviæ Statoplucum, partim officii, A partim amicitie paternæ confirmandæ gratia, venitque eo forte die, & tempore ad regem salutandum, quo ille à sacrosancto Dominicæ cœnæ convivio, in aulam reverfus mensæ accumbere suæ parabat. Reddita igitur salute rex: Ingnoscat (inquit) Boemæ hospes, quod ad prandium hoc nostrum in præsentiarum non invitare. Nec enim fas est, nec jura Christiana sinent, revertenti à mensa vivi Dei, cum convivam habere, qui mensæ deorum mortuorum accumbere, deque illorum sacrificiis participare solet. Proinde si tibi nostra convivia arident, fac ut simul tibi nostra etiam arideat religio. Ac tum demum noster eris, & valde gratus conviva. Pupugerunt ista animus Borivovij, sed magis ad huc eidem cogitationem de mutanda superstitione injeccerunt honores ab Arnulpho Cæsare ipsi Statoplucum habiti, posteaquam religione Christiana initiatus fuit. Nam tanta inde Arnulphus benevolentia, tantoque favore Statoplucum profectus est, ut in gratiam ejus venire in Moraviam ad diem non gravaretur, ad quem invitatus erat filiolum ejus è sacro fonte levare. Ibi hac præterea in illum uterque est liberalitate, ut tributum illi attribueret, quod Princeps Boemæ Cæsari tunc pendebat. Cum itaque non solum honorificam Christianam, sed etiam fructuosam videret esse religionem Christianam, ad illam vehementer aspirare cepit. Sed meliore mox spiritu afflatus fuit, cum divum Methodium, divi Cyrilli collegam, ambos Moraviæ, & primos antistes, de fide, & religione Christiana differenter audivit: Alios videlicet honores, & alia præmia cultoribus illam fidei polliceri neutiquam fluxa, & caduca, sed pæne itabilia, atque æterna, si quis illa per baptismum, qui fidem perficit, consummaverit. Adfuit Spiritus sancti gratia, animusque Borivovij luce fidei Christianæ sic illustravit, ut ibidem statim, cum bene multis suis clientibus, aqua salutari à Methodio tingeretur: deinde uxor quoque ejus, cui Ludmilla nomen, in Boemia ab eodem tincta fuit, & magnus præterea Boemorum utriusque sexus numerus ad baptismum confluit, Dubrav. l. 4.

Picinis.

Bogoris Bulgarorum princeps, supra modum venationibus delectabatur, quibus cupiens, non tantum cum venatum exiret persequi, sed etiam in otio: novam domum edificavit, & monachum Methodium, Roma oriundum, pingendique artificem, historiam eam totam exornare iussit: divinoque instinctu factum est, ut non diceret nominatim, quæ animalia depingi vellet: sed pingere suo arbitratu, modò terribilis esset pictura, jubere. Monachus secundum Christi adventum depinxit, quod nihil eo terribilius sciret. Princeps ab hac parte videns justorum cœtum expressum, ab altera impiorum supplicia perpetuum, eductus à pictore, quid sibi illa vellent, illic suam egruavit superstitionem, & intermissa nocte baptizatus est. Contra eum proceres Bulgarorum insurrexerunt: Eos ille parva suorum manu, crucis signo prælato, reque inopinata terrores, ad fidem Christi perduxit, Cedrenus.

Coalitione. Armis.

Theodosio juniore imperante, Macedoniani plurimi relictæ hæresi ad sinceriorem doctrinam revocati sunt Constanti-nopoli, Cyzici, & in Helleponto. Nam à Constantinopolitano Episcopo, qui erat Nestorianus, Ecclesiæ Macedonianis ademptæ fuerat, nec congressibus publicis locus relictus, quare permoti sunt, ut quidem ad saniorè doctrinam revertenterent. Niceph. lib. 14. cap. 31.

Anno Christi 912. Normanni fidem Christi amplexi sunt, atque Rollo primus iporum dux constitutus est. Verum is ab agnita veritate deficiens, & tumultus ciens, ab Henrico Aucupe in ordinem redactus, imperata facere, & religionem Christi profiteri coactus, in baptismum Roberti nomen accepit. Lazarus.

GODEFRIDUS rex Normannorum, & rex Danorum Bifridus cum numero exercitu in Gallias progressi, à Carolo III. obsidentur. Cum autem in angustias sese redactos cognoscerent, fœdus cum Carolo ineunt, sedemque Christi suscipiunt, & baptizantur: Gislah Lotharii filiam uxorem ducit Godefridus, eique Frisa provincia restituitur. Anno Domini 884. juxta Sigebertum, & Regimonem lib. 2. Lupold. Beben-burgensis.

Zuembaldus dux Moraviæ victus Vvithungum episcopum

dedit, qui eam gentem ad fidem Christi converteret. Theode-marus Episcopus Suvallensis ad Joannem Pontificem. Veneti bello superati à Regulis Bojorum, qui iussu regis Dagoberti tribus exercitibus iporum regionem invaserant, coacti Christianæ religionis jugum susceperunt: Aventin. Annalium Bojorum lib. 3.

Rugiani, qui Arconem urbem primariam incolebant, expugnationis vehementia fracti, ab Erico Danorum rege, cum de religione Christiana recipienda fidem dedissent, pacis conditiones æquiores impetrarunt. Primum itaque solemnè ritu sacro flumine ablui iussi, stagnum non tam initiandæ religionis, quam pellendæ sitis ardore petentes sub specie sacrorum, fessa obfisione corpora refecerunt. Datus est quoque illdem antistes, qui cultioris vitæ normam præberet, & novæ religionis rudimenta traderet. Verum illi non multò post ad suam idololatriam redierunt. Tandem Valdemarus rex denudè eorum castro expugnato, hac eos lege inter cætera recepit, ut simulacro cum omni sacra pecunia tradito, captivos Christianos ergastulo liberatos absque redemptionis precio dimittentes, omniaque veræ religionis sacra Danico ritu celebranda susciperent, atque agros, latifundiaque eorum in sacerdotiorum usum converterent. Quin & principum scribæ in urbem immisi, qui sacerdotali ministerio rudem religionis populum Christianis assuefacerent sacris, ejusque sacrilegis sensibus sanctitatis disciplinam ingererent. Saxo Grammat. in l. 14. Danicæ historie, & Crantz. l. 5. c. 15. & 16. Vandalia. Rugianorum princeps Jaremarus, anno . . . . de verò Dei cultu edoctus, magno desiderio baptismi sacris initiatus, non solum reliquæ multitudini pietatis illustri præit exemplo, verum etiam docendi munere est perfectus: ac quia cæteris Sclavis Rugianorum gens durior, pravæque religionis tenacior esset, nonnunquam minis ad officium eisdem coegit. Helms-dus l. 2. c. 12. bish. Sclavorum.

Boemi à Carolo juniore, anno Domini 805. bello fracti, & Francis subiecti, ceperunt paulatim ad fidem Christi assuefieri: ac Ludovicus rex Germaniæ, quatuordecim duces Boemorum curavit baptizari: ac Bathuricum Reginoburgensem Episcopum iussit plantandis Ecclesiis in ea gente operam navare, anno Domini 846. Sigebertus, Aventinus lib. 4. Martinus in Chronico, hæc sub Ludovico Pio, ad annum Domini 816. ponit.

U. B. I.

Eunuchus Candacis Æthiopum reginæ Æthiops à Philippo Apostolo in itinere baptizatus fuit. Apor. 8.

Convicium. Conviciari.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Convicium *νοιδωπία* Græcè dicitur maledictum cum contumelia. Ita Cicero: Maledictum nihil habet propositi, nisi contumeliam: quæ si petulantius jactatur, Convicium: si facete, Urbanitas nominatur. Dicitur autem vel à vicio, ut placet Vallæ, vel secundum Festum à Vicis, in quibus prius habitatum. Alii à Voce, quasi Convocium, id est, vocum concitationem, cum Labone jurise, dixerunt.

CONVICIARI APERTE.

Hædor *Μιαδος* Græcos contumeliosè canes à Parcis agitatatos vocat, *καυος* *αυραος* *οφινης*, nec fata in propriam perniciem agant, ut sub Trojæ mœnibus pereant.

Athenis erat festum quoddam, in quo jus erat dicitur, & convitiis in alios ludere. Unde *κλυωσος* dici coeperunt, qui liberis in quempiam debacchabantur. Festo nomen erat *κλυωσος* enim proprie dicitur, quod asperum, auribusque molestum est. Ita Hesychius *Etymologus*.

Apud Lydios in Rhodo insula, Hercules sacra maledictis, & execrationibus peragunt, eaque pro violatis habent, si quando inter solemnes ritus, vel imprudens alicui exciderit bonum verbum. *Ladant. l. 1. Instit. relig. Cbrist.*

In sacris Eleusiniis, quæ magna vocantur, Mulieres curru vebabantur, atque interim dum vherentur, ex more mutis conviciis sese lacelebant. *Erasmus in Adagii.*

RETORQUERE, REGERERE MALEDICTA, PROBRA, DICTERIA, Accusationem, Reprehensionem, Criminationem.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

Vide locum Urbanitatis, & Veritatis.

Teucer in tragedia quapiam in Agamemnonem sibi generis vitium probro vertentem, quod morbus esset, regerit hujusmodi convicium, quod & ipse genus duxisset a Clithene effeminato:

Mu o' mu' adha' d' no' sov' phlos' avon' id est, Age non meum, verum tuum inspicio genus. Eras. in Ad.

Adrasto improperat Almazon: Cognatus es, virum que occidit, femina: Adrastus vero proprium non alienum flagitium repositi illi. Tu patricida matris es, quae te edidit. Plut. de Vit. ex nim.

Clytaemnestra objurgans Electram filiam, quod per eam traduceretur ut viricida, vicissim audit,

Αιχώς γάρ άχημα παύματ' έδιδάσασσα, id est, E turpibus enim facta turpia discimus,

significans, quod filia de matre parum honeste loqueretur, ei imputandum, quae necando maritum, & filii necem moliendo, docuisset liberam odisse matrem. Id paulo post dicit explanatius:

Τά δ' ήγησ' ούς γόησε ίψοισσέμεν. id est, Porro ipsa verba facta reperunt sua. Eras. in Ad.

Cavilla, & Dicteria potissimum decent laesitudo: & repugnant veniam dat, & festivitatem conciliat occasio. Ita Demosthenes illi, qui tur habebatur, cum irideret ipsius lubricationes: Non ignoro, inquit, quod lucernam accensam habeam, molestum tibi esse, & ad Demadem clamantem: Demosthenes me corrigere vult, sus Mineram? Atqui haec Minerva nuper in adulterio est deprehensa. Plutarchus in Praeceptis politicis.

Antalcidas Spartanus, cum Atheniensis dixisset, Enimvero nos subinde a Cephalo vos sumus insecuti: Nos vero, inquit, vos ab Eurota nunquam. Plut. Apoph.

Platoni Diogenes dicebat, se cyathos, & mensas videre, cyathicitates, ac mensas, quas Plato commemorabat, non videre. Sed vicissim audivit. Nimirum oculis, quibus cyathi, & mensae videntur, habes: mentem, qua cyathicitates, ac mensas discernunt, non habes.

Cleomenem Spartanorum regem cum homo quidam turpis probris laesisset: ideone, inquit, inquit, in probris laesisset, quod pugnantibus nos de tuis vitis verba facere non vacet? Plut. in Apoph.

Epaminondas Thebanus Callistrato Atheniensi, qui Thebanis, & Argivis improperabat Oedipodis patricidii patris, & Orestis genitricis: Atqui hos respondit, patricidas nos exterminavimus, vos recepistis. Plut. in Praeceptis politicis.

DEMETRIUS Poliorcetes aulam Lyfimachi Thracum regis nihil distere a scena comica dicebat: omnes enim ab ea exire distyllabos (cum Bithem, Paridemque, qui maxime erant apud Lyfimachum, subannaret, nonnullosque alios amicos) a se vero Peucectas, Menelaos, & Oxythemides proficisci. At Lyfimachus: Ego igitur, inquit, meretricem ex euntem ex scena tragica non vidi? Lamiam thibicam intelligens. Tum Demetrius: Sed quae est apud me meretrix, multo est continentior, quam illius Penelope. Ahen. l. 14. c. 3.

Crasus censor muranae extinguit lacrymavit. Qui, cum ei diceret Domitius collega: Annon muranae tu mortuum luxisti? occurrit: Nonnetu, qui tres extulisti uxores, nullam lacrymam effudisti? Plut. de Animantium comparatione.

Antisthenes euidam dicenti sibi, maledixit tibi ille, respondit, non mihi (inquit) sed illi, qui in se, quod ille culpae agnoscat, sed est mihi maledicere curet, non curo: quia auditus lingua debet esse robustior: cum singulis hominibus linguae sint singulae, sed aures binae, aliquatenus tamen curo: quia eo ipso me fateor esse superiorem, quia superioris personae usus est hoc pati, inferioris facere: gauderem itaque nisi urgente humanitate homini compaterer infelici. Val. Max. l. 1.

PLATO, cum quidam ei retulit esse nonnullos, qui ipsum convitiis, & maledictis infestarentur. At ego, inquit, ita componam, ut illis fides nulla habeatur. Anon. serm. de contumelia.

Pythaeas Demostheni objecit, quod ipse enthymemata lucernam olerent, significans illum non nisi de scripto, & ad lucernam clucubrata dicere. Quod dictum ita retorfit Demosthenes, ut diceret: Non eodem modo tibi sibi, & illi consistere lucernam: notans, quod ille nocturnis conviviis indulgeret, plus impendens luxui, quam ipse studio. Plut. in Demosth.

HELVIUS Mancius, L. Libonem apud Pompejum accusabat: in quo certamine Pompejus, Liboni favens, Helio & generis humilitatem, & senium exprobrans dixit, illum ab inferis remissum, ut claros viros accusaret. Hoc convicium inconstanter retorfit, hoc modo: Non mentiris, inquit, Pompei, plane ab inferis reversus sum. Sed dum illic moror, vidi Cn. Domitium Anobarbum deplorantem, quod fummo genere natus, vita inculpatissimae, patriae amantissimus, in ipso juvenutis flore, tuo jussu esset occisus. Vidi pariter claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, quentem id sibi prius perfidiae, deinde etiam crudelitatis tua accidisset. Vidi Cn. Crispum acerrimum pueritiae tuae, honorumque patris tui defensorum, cum tertium consul esset, catenis, quas tu illi iniici iustas, vinculum, obstantem te, adversus omnes fas, & nefas: cum in fummo esset imperio, a te equite Romano truncatum. Vidi eodem habitu, & quituratu, praetorium virum Perpernam, sevitiam tuam execrantem: atque hos omnes eadem voce indignantes, quod indemnati sub te adolescentulo carnifice recidissent. Has Manciae voces, fortassis aliquis fecerit appellat citius, quam liberatem. Scium est, quod subnectit Valerius: Eo tempore & fortissimum erat Pompejo maledicere, & tutissimum. Fortissimum ob summam potentiam: tutissimum ob revocata veterum facinorum invidiam. Val. Max. l. 6. c. 2.

Q. OPIMIUS consularis in adolescentia male audivit. Is Aegilio homini festivo, qui videbatur mollior, nec erat, sic exprobravit molliorem: Quid tu, Aegilia mea, quando ad me venies cum tua lana, & colu? Lepide retorfit Aegilius: Non pol, inquit, audeo: nam me ad famosas vetuit mater accedere. Alter simulabat orationem velut ad feminam, alter accepta persona simulationem vertit in irrisionem. Eras. l. 6. Apoph.

CATULUS Philippo oratori dicenti, quid latras? respondit. Furem video: convicium latrandi in ipsum retorquens, notavit G. hominis rapacitatem. Bras. l. 2. c. 40.

CATULUS, cum audiret quosdam ex iudicibus, quos pecunia Clodius corrumperat praesidium petentes, ac si in periculo forent constituti: perstringens istorum praeconum avaritiam, Quid vos (inquit) a nobis praesidium postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? Cic. ad Att. l. 1. Plut.

Cn. DOMITIUS L. Crasso Collegae exprobravit, quod censor tanti habitaret, eo quod in porticu domus haberet columnas Hyemeras, pro domo ejus millia numerorum identidem promittens, Crassus erat praesens, ac festivo ingenio, rogavitque collegam. Quanti ipse domum suam aestimaret. Is respondit, Sexagies sextertium. Rursum Crassus: Quanto igitur, inquit, eam minoris aestimas, si decem arbutulas succidero? Ea fuerunt loci, patula ramorum opacitate lascivae. Cum Domitius respondisset, trices sextertium. Uter, inquit, Crassus, nostrum luxuriosior? egone, qui decem columnas centum millibus numerorum emi? an, tu, qui decem arbutulorum umbra in trices sextertium aestimas? Ita est ingenium hominum ad aliena vitia perspicax, ad sua caecum. Eras. l. 6. Apoph.

M. CRASSUS in Parthos proficiscens, cum Deiotarum extremae jam senectutis novam urbem condere videret: Quid est, H. inquit, orex, hoc rei, quod cum hora diei jam adit duodecima, novam urbem extruere institueris: ad haec ardens Deiotarus: Immo, quid tibi in mentem venit, Imperator, ut eum haudquaquam sis (ut videtur) matutinus, tamen in Parthos cum exercitu properas? Nam id temporis Crassus sexagesimum agebat annum. Hora, quae nobis duodecima est in meridie, olim erat extrema diei. Plut. in M. Crasso.

L. CRASSUS censor Cn. Domitio collegae exprobranti, quod muranae in vivario mortuum lacrymasset. At tu, inquit, cum uxores tres exules, nullam emissisti lacrymam. Scite retorfit convicium. Notavit illum, quasi non crasset uxorum mortem. Et alioqui turpis est in uxoris funere non flere, quam ob muranae emittere lacrymas. Eras. l. 9. Apoph. ex Plut.

LONGUS Sulpicius insigniter ipse scelus, cum, contra quem in judicio aderat, dixit ne faciem quidem habere liberi hominis. Cui respondens Domitius Aler: Na tu ex animi mei sententia, Longe: Qui malam faciem habet, liber non est. Si idem

idem liber non erat, cuius agebatur causa, quod deformis esset: A nec ipse Sulpicius habendus erat pro libero, cum esset foedissimus. Eras. l. 9. Apoph.

Cum quidam Cato dixisset, Eamus deambulare: & adolescens quidam interpellasset dicens, Quid opus erat de? Immo, inquit Cato, quid opus erat? una literula mutata, significavit ipsum potius esse supervacaneum in via, quam de in verbo. Eras. l. 5. Apoph.

C. LELIUS, ei quidam obscuro genere natus dicebat, Indignus es tuis majoribus, respondit: At tu hercule tuis fatidignus es. Cic. l. 2. de Orat. & in Lelio.

CICERO cum ad Pompejum venisset: ac venisse peniteret, rogatus ubi Pisonem generum reliquisset? Apud tuum, inquit, focerum: Caesarem designans. Perinde quasi notatus esset Cicero, quod a genero suo disjunctus esset, perstrinxit illum, quod ipse cum focero bellum gereret. Plut. in opoph.

Idem Metello percontanti, quis ipse esset pater, nimirum ignobilitatem exprobrans: Ad istam, inquit, percontationem ut responderet sic difficilis, mater effecit tua, nam Metelli mater audiebat parum pudica. Quin & ipse Metellus matrem referens lenior erat, & inconstans, & affectibus serviens.

CICERO convicium a patre ad matrem transtulit. Tum enim incertus est pater, cum mater non cum uno consuetudinem haberet. Plut. in Apoph.

VERRES, qui filium habebat parum pudice flore aetatis utentem, Ciceronem, ut parum virum, ac cynadum incestat conviciis. At Cicerone: Ignoras, inquit, quod liberis intra fores ita conviciandum sit. Significans hoc convicium non in ipsum competere, sed in convitiatoris filium. Parentum est autem objurgare liberos, fed intra domesticos parietes, nec turpia convicia sunt eliminanda. Eliminat autem, qui aliis impingit, quod ipsius domi committunt liberi. Plut. in Rom. Apoph.

PLANCUS cum in causa quadam adesset amico, velleque telem molestem perturbare, interrogavit, quod se artificium tueretur. Sciebat enim illum esse utorem. At ille lepide retorqueus in Plancum: Gallam, inquit, subigo. Id quidem futuri habetur instrumentum: sed recte exprobrabat illi adulterium cum Mavia Galla, quod nomine Plancus male audiverat. Eras. Roterod. 6. Apoph.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA CHRISTIANORUM.

Veluti in maledicendo promptissimi sunt nonnulli, ita non minus ingeniosi alii, ut maledicta in auctoris sui caput retorqueant: mira aliquando cum elegancia, & lepore. Calumniantur Jesum Pharisei, quod in Beelzebub demoniorum principe eiceret demonia: at in ipse: Filii vestri in quo eiciunt? & paulo post: Ipsi Judices vestri erunt. Omne regnum in se divisum desolabitur, &c. Matth. c. 12.

INATIS EPISCOPUS. Vide Censuras. Nuntiaverat Vitellio Cornetano Cardinali Alphonfus, se Marte iudice cum arma indecenter traclantem, eo inopiae redacturum, ut tanquam infirmi ordinis sacriculus, Misiarum solemniam etiam denario peracturus sit: cui ipse: Non abnuo, agebat, conditionem, ut magni Regis Saclianus efficiat. Regis nuntium, quod ferium videbatur, eludens. Jovius l. 1. Eleg. Beyerl. in Apoph. Christ.

Admodum facete Richardus Vitus: Disputabat cum homine nefario Anglocalvinista, potentiore ad bibendum, quam differendum, de clavibus Ecclesiae: cumque sibi eas datas constanter ille, & permaceret assereret: Credo, respondit Vitus, tibi perinde, ac Petro eas esse datas: verum hoc discernime, quod huic regni caelestis, tibi vero cerevisiarie talle, hoc enim rubicundum tui nasi promontorium indicat. Ex Martyr. Angl. Beyerl. supra.

Neque inferiores hoc in titulo alii. Convocarat aliquando Patriarcha Hierosolymitanus ad certam causam discutendam plures advocatos: cumque unum ex illis caesum castigasset, Thomas Biraus praeceteris liberius in eum erupit: cui Patriarcha. Ut video, ait, malum caput habes. At ille, ut erat promptus, Vere, inquit, & bene: nam si bonum caput haberem, meliori loco res nostrae essent. Te igitur culpas: inserit Patriarcha. Non me, respondit Thomas, fed caput inebulo: ipsum feliciter Patriarcham, qui reliquos praerat, incusabat. Pogg. Florent.

Stortia Cortignola, dum illi a Sergio magno Seneschalco ad exprobandam generis novitatem ligois fabula objectaret: In hac inquit, ut video stirpis origine convenimus,

cum Adamus mortalium primus terram foderit: sed ego certe, quod iure distiteri non potes, illo meo ligone multo crassi nobilior, quam tu tuo pene, & penna. Quo sommate lepide hominem transiit, cum in eo tanta cum invidia dignitatem, stupro quaesitam, & patrem ejus ad Praetoristrubunal ignobilem scribam, adulteratoque testamento falli damnatum, scitissime notasset. P. Jovius in Vit. Jac. Mutii, c. 84.

De Georgio Buchanano Poeta Scoto narratur, quod cum Londini obambulans forte cecidisset, quidam Anglus subridens dixerit: En Anglicarum platearum nobilitatem, quae Scotum non ferat: Cui ille festivo, utique ait, bone vir, tamen paulo ante, ut vidisti, posteriora mea haec exoculata fuerint:

Ebrius oculos pulsat VANDALUS edes, In quibus ILLYRICI sanguinis hospes erat. Impatiensque mora, cum nigra bile tumeret, Hospite confesum non referante domum. Ecce quid Ilyricum, clamabat, & inter aestulum, Quo pecus est nullum turpius, esse reat? Ille referit contra: dubius quid talia quavis? Anne videt, quod sint inter utrumque foret?

Beyerl. sup. tit. convicia retorta.

Ad Africa Regem missus Legatus a Rege Arragon. Querardus, nobili cena apud eum excipitur. Advocantur etiam procerum nonnulli, quibus Rex mandat, clam ossa deorsa colligant, & ad Querardi pedes proieant. Postquam epulis exempta fames mensaeque remotae: apparet officium cumulus, tum quispiam a Rege subornatus. Quid hic, inquit, officium est? profecto lupus hic caenavit: non homo. Qui Querardus Regem intuitus, Mihine, inquit, o Rex cum lupis fuit negotium? Luporum enim carnem, & ossa simul amodere: quod tui isti comestatores fecere: ego, ut homo, carnem sumpsi, ossa in humum jeci, in canum paltum, & oblectamentum. Pontan. Beyerl. ibid.

Siliteret nisi facta Hispani cujusdam, & libera responsio, quam Franc. Svervitus F. inter alia mihi suggestit, retardaret. Solimanno Mahumetano solemne erat, in loco, quo alvum solitus exonerare, depictas conservare Christianorum Principum effigies. Itaque necessitate natura compulsus, dum eo se conferret, Hispanum, quem inter ceteros ministros forte alebat, ad se vocat. Et ostensa Philippi II. Reg. imagine. Eo, inquit, honore apud me est tuus Princeps. Cui Hispan. (mirate G. quod tam liber apud Tyrannum) Credo, ait non sine causa M. T. hunc isti loco consecrare. Illius enim, vel solum in imagine representati aspectus, in tantum tua viscera commoveat, ut sine medicorum ope, natura se sua sponte quasi deficiens resolvat, & quidquid ei superabundat, eiciat.

Unum adhuc hujus farinae a Georg. Sabino carmine descriptum, ad extremum adscribam:

Uirpare joco Passoris verba Menalce, Omnibus, & solitus dicere SCURRA fuit: Efficiam posthac ne quemquam voce laessas: Ipsus haec semper verba jocantis erant. At ubi jam capitis meruisse crimine ponnam, Multa, quod intulerat probra nefanda bonis. Cumque foret laqueo jam suspendendus, eodem Bucolico ludens carmine TORTOR, ait: Efficiam posthac, ne quemquam voce laessas, Frastrum torto jam tibi furem gulam.

Require Artium concertatio.

Operae pretium hic fuerit meminisse, quo pacto Lutetiae Parisiorum anno 1582. exhibitum fuerit in scena, Belgas omnes esse recordes, immo excordes, & effeminatos quod scilicet Gallicam levitatem, & insolentes mores non amularentur: vel fortassis, quod ita inconsiderate Franciscum Andegavensem Brabantiae Duem renuntiasent, neque advertissent ignem doloso cineri, & Gallicae fidei Punicam supponi. Itaque Flandrum in profectum producant histrones, & equitico impositum, exenterant, virile coti frustra quaerunt, cum nufquam id nisi parvum admodum, in extrema corporis parte invenirent. Accidit autem, ut anno insequenti, cum Andegavensis (quem Alenfonium vulgari voce Belgae appellant) conceptam animo perfidiam pareret, & actu Belgicas ditiones sibi subicere molitur, atque Antwerpium, aliaque civitates, cum ingenti suorum clade, ac nominis sui infamia frustra adortur die 17. Januarii, qui infidiis his erat destinatus: jamque inglorius Belgio excederet, non inurbanè quispian retorserit scomma, quod in Flandros paulo ante protrulerant: quod ita verbis conceptum, subiciendum duximus.

**A** Gallica gens nuper scenalibus edere ludis Ausa fuit, Flandros cordis habere nihil. Et sic ob id Flandris chirurgica sectio: nec cor Repperit, hinc Flander fabula totus erat. Commota hinc Nemesti, cur Galli plauditis? inquit: Resat ad huc Flandro fabula agenda sua. Parca mora est, siue corde viri quingenta animos? Corpora Gallorum, & mille dederit neci. Europa emporium aeterno id lesabitur aeo. J. Galle, & Flandros nunc cor habere nega.

Quippe Antuerpiae vix horae unius spatio, m. d. & paulo plures Galli, ac inter eos praecipuae nobilitatis, fuerit a civibus trucidati, praeter illos, qui sponte se e mœnibus praecipites dabant. Anni, quo memorabilem illam victoriam retulerunt, Chronicon, Porta urbis inscriptum legitur tribus his verbis comprehensum, AUXILIUM SUI DEUS. Refert prolixè historiam huius rei Laurent. Beysler. in Opere Chronographo, ad annum 1583.

CONVICIA INJURIOSE ILLATA.

Item CONVICIA Aequo Animo Perpeffa.

EXEMPLA HISTORICA. ET APOPTHEGMATA ETHNICORUM.

**DEMOSTHENES** lascivus conviciis, Committor, inquit, in certamen, in quo qui superior evaserit, inferior est: & qui vicierit, victus est. *Erasm. lib. 4. Apoph.* Huic referri potest ille versus:

Hoc scio pro certo, quoties cum stercore certo, Vinco, seu vincor, semper ego maculor.

**CHRYSIPPUS** Philosophus imperitus insolentibus conviciis: Optime, inquit, fecisti, quod nihil eorum, quae in te sunt, praeterieris. *Anton. & Max. serm. de vitup.* Idem, audiens quosdam ipsi conviciari, & obloqui: atqui ego, inquit, sic vitam degam, ut illis nemo sit crediturus. *Eod. serm.*

**CLEOBULUS** dicebat, convitiatorum reprehensionem illos non attingere, qui secundum virtutem vivunt. *Ibid.*

**PLATO**, cum reprehenderet, convitiator, inquit, vide numquid a te convitio dignum designatum sit, si nihil tale actum est, fumum esse illud convitium existimato. *Ant. de ser. obloquit.*

Sapientia cuidam, cum aliquis diceret, me praesente tibi a certo quodam convitium factum est: tum ille, Nisi tu, inquit, libenter audivisses, numquam ille mihi esset convitiat. *Eod. serm.*

**SCOPELION** eos, qui convitiis agerent, existimantes sese hoc pacto declarare animi magnitudinem, ancilicas appellare solebat, non tantum ebrias, sed & rabidas. *Philosf.*

Demades tibi similes esse dicebat Athenienses, quod adempta lingua nihil residua rationis haberent. *Stob. serm. de Imp.*

**PHILIPPUS** Macedonum Rex, cum iudicaret vino madidus, & perperam sententiam contra mulierem tulisset: Illa intelligens errorem esse vini, non regis: Provoco, inquit, ad Philippum, sed sobrium. *Erasm. lib. 8. Apoph.*

**PHILIPPUS** Athenienses comparabat statuis quibusdam, quae nihil aliud quam os haberent, & magna pudenda. *Stob. serm. de Imprud.* Eum convitiis afflicto quidam effreni lingua praedixit: cumque amici hortarentur, ut convitiatorem persequeretur: Absit, inquit, ille, ne amplius affectus, & implicitus plura in nos jaciatur maledicta. *Ant. serm. de contumel.*

**D** Idem dicebat de suis convitiatoribus gratiam habere, quod ab iis melior redderetur: Ego enim, inquit, studens illos mendacii convincere, si quid improbe fecerim, muto consilium, & penitentia factum emendo. *Ibid.*

**DIOGENES** cuidam convitiatori, At nec mihi (inquit) credit quisquam laudanti, nec tibi me vituperanti. *Ibidem.*

**CICERO**, cum Pompejus Gallum quendam, qui ad se a Caesare transfugerat, civitate Romana donasset: O hominem Bellum, qui Gallis civitatem promittit alienam, cum nostram nobis non possit reddere. *Plut.*

Adolescens quidam accusatus, quod patrem placenta venenata sustulisset, cum stomachabundus minaretur se probris laceraatorem Ciceronem: Hoc, inquit ille, malum, quam placentam, accipiti praedicto, patricidium illi obiciens. *Eras. l. 4. Apoph. ex Plut.*

**C** Memmius, cum accusaret Bestiam reum, cui patronus erat Scaurus, ac forte fumus quoddam ducceretur: Vide (inquit) Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor, notans Scau-

rum, qui male audiebat, quod Phrygionis Pompeii bona sine testamento possideret. *Erasm. 7. Apoph.*

**E** Julio Caesare jam per infidias interfecto, sedatoque tumultu populi, cum Brutus ad Lepidum propinquum suum, Crassus vero ad Antonium proficisceretur, inter cenandum cum sermone (ut fit) de multis rebus haberent: tum vero Cassium Antonium interrogavit, An nunc etiam (inquit) pugnam sub axilla reconditum? Certè, inquit, inquit, maximum: si quidem tu quoque regnum affectabis. *Xiphil. Dion. abbreviator in Julio.*

**C**ESAR Augustus cum vidisset adolescentem oris similitudine sibi similem, interrogavit, num aliquando mater eius Romae fuisset: Negavit ille: sed sentiens convitium, statim retorfit in auctorem, adiciens. Sed pater meus saepe Romae fuit. Augustus ludens, suspitionem intendebat in matrem adolescentis, velut ab ipso stupratam, & adolescentem propterea eam suspitionem retorfit in matrem Caesaris, aut in forem. Nam oris similitudo non magis arguebat illum esse Caesaris filium, quam fratrem, aut nepotem. *Erasm. lib. 4. Apoph. ex Suet.*

**A**nacharsis, exprobranti cuidam Attico, quod natus esset in Scythia, Mihi, inquit, probro est patria, tu patria. *Laert. l. 1. cap. 6.*

**A**RISTIPPUS philosophus, & Socrates discipulus, cum vidisset Diogenem olera lavantem, accessit: Si Diogenes, inquit, sciret uti regibus, non videretur crudis oleribus. Contra Diogenes: Si Aristippus didicisset esse contentus oleribus, non esset canis regius: hoc est, non adularetur Dionysio Regi, ut cibum ex aula ejus caperet. *Laert. lib. 2. cap. 8.* Diogenem quidam amentem vocabat, cui ille: Amens quidem non sum, non tamen eandem, quam vos, mentem habeo. *Stob. serm. de Prudentia.*

Idem cuidam probri gratia obiciens egestatem, cum ipse esset homo sceleratissimus, Ob rerum egestatem, inquit, neminem vidi torqueri, ob malitiam autem quamplurimos. *Eras. l. 3. & 4. Apoph. in fine.*

Platone de quibusdam differente, Diogenes praesens non attentè animadvertente. Quamobrem indignatione commotus Plato: Quin, inquit, diligenter sermone meos auctulas canis. Qui nihil perturbatus: at ego, inquit, nunquam eo sum reversus, unde veni: quod canes solent. Obscurè taxans ipsum in Siciliam profectorem. *Ælian. lib. 14. de Var. lib.*

Quidam ei obiciebat, quod olim falsam monetam signasset. Fateor inquit Diogenes, fuisse tempus, quo eram talis, qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc sum, tu profectò futurus es nunquam. *Laert. lib. 6.*

Idem Philopphi vulgo nomine male audiebat, quod Deos, aut non crederet esse, aut contempnerent. Hoc innuens Lyfias, interrogabat Diogenem, crederetne esse Deos? cui Diogenes, qui convenit, inquit, ut non credam, cum persuasum habeam te Diis invisum esse: hoc dictum quidam attribuunt Theodoro. Non respondit ad quaestionem, sed in contumeliosè interrogantem retorfit sermone. *Laert. lib. 6.*

**S**OCRATES acris oburganti familiarum quempiam in convitio, Plato dixit: Nonne fatius erat, haec illi dixisse scortum? cui Socrates: & an non tu quoque rectus fecisses, si haec mihi scortum dixisses. *Erasm. lib. 3. Apoph. ex Plut.*

**S**TILPO, cum olim omnium hominum oculi in solam Stilponem coniecti essent, quidam ad Stilponem. Illi (inquit) te admirantur ac bellum: Nequaquam ait, sed ut verum hominem admirantur me bestiae. *Laert. l. 2. c. 12.*

**G**naethana, reprehensa à Stilpone philosopho, quod adolescentem corrumperet: tu, inquit, egoque, Stilpon, in eodem haerentes crimine, qui adolescentem tecum versantes inuitalia quaedam, & amatoriam sophistata doces, ut nihil referat, cum philosopho versentur, an cum meretrice? *Erasm. lib. 6. Apoph.*

CHRISTIANORUM.

Hujusce rei exempla suppeditant S. Litterae, & SS. viri: utpotè quibus nihil magis in voto, quam pro nomine Jesu contumelias, convitiisque perpeti. Sed neque civile agmen suis hic caret.

Antesignanum agat Fridericus Imperator, qui dum multa in eum maledicta jactasset homines improbi, ad Proceres conversus. An necis, inquit, Principes quasi signum ad sagittas expositos? turres enim praeterea fulgura ferunt, humilia tecta praetereunt. Apposuit Seneca in epist. Malis displicere, laudari est, nec ullam auctoritatem habet, ubi qui damnatus est, damnat. *Æm. Syl. com. de reb. Alpbonf.*

**A** Proximos illi honores occupet Alfonso Aragonum Rex, audierit namque, quosdam de se bene meritis linguam a convitiis non temperare: Regem, inquebat, quod olim Alexander, est, non solum benefacere, sed mala etiam patienter audire. *Panorm. lib. de ejus gestis.*

Nec minor illo Ludovicus XII. Galliarum Rex, qui Carolo VIII. superflite adhuc, multis, & gravibus lacessitus contumeliis, eo vita functo cum in regni haereditatem successisset, & calumniatores sibi fuga confulerent, absentes suapte sponte revocavit, dicens: Privati personam exui. Rex quippe constitutus, haecce convitia neque curo, neque ulciscor. *Annal. Franc. Beysler. in Apoph. Christi.*

\* HIEROGLIPHICA.

Nonnulli significativi Hieroglyphicè convitiatorum contemptorem, Aquilam figurant statu immobili confidentem, nulla pennarum asperitate terribilem, neque habitu rostris minacem, juxta hanc Cornicem fummittere eo gestu, ut lacessere, & convitia facere videatur. *Pier. Val. lib. 19. pag. 178. G.*

☞ Vide Contumelia, Maledicentia.

B \* Convivium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

**C**onvivium Graecè *συνεισιον*, & *συνουσια*, convivæ dicuntur. Et accubatio epularum, *secundum Ciceronem, qui in lib. qui Cato major dicitur, vel de senectute, dicit:* Bene enim majores nostri accubationem epularum, qua vitæ conjunctionem habere, convivium nominaverunt, melius quam Graeci, qui hoc ipsum modo comportionem, hoc est *συνεισιον*, modo concenationem, quam *συνουσια* vocant. *Κατασκευα* appellant convivium Regium, etque usus apud Cedrenum in *Leone Basilii:* quamvis Apostolus ea interpretetur prandia, quæ vix communiter. Convivium, Hebr. *Mischtab*, potatio à verbo *Seatab* bibiti fitiens. Conviva, Epularum focus: compositor Hebr. *karu, quod vivus.*

QUOD LAUDANDUM.

Convivium laudatur, dummodo detractionibus, & fabulis, & plausibus turpius non miscatur. *44. dist. Conv. c. 6. seq. Unde S. August. adhibebit ille versus, triclino inscribendus:*

*Quisquis amat dictis absentem videre vitam, Hanc mensam veritam noverit esse sibi.*

Convivium, quod à precatione ceptum, in precationem definit, nunquam deficit, sed quovis fonte uberius nobis omnia adfert bona. *Joan. Chrysol. hom. de fide Ann. c.*

Convivium honestate honoretur, letitia mensæ pertingat ad pauperes Christi, familia innocentiæ tripudiet disciplina. Absit obrietas, luxus abfistat, fugetur effusio saltatricum pestis, libecnia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, naufragium mentis cum Herodiadis convivio abscondantur, ut praesens gaudium vestrum ad laetitiam perveniat, sempiternam. *Idem hom. 16. in decollat. Joan. Baptiste.*

CONVIVIORUM INSTRUENDORUM

MODUS. Ac primum.

D CIBUS QUI INFERTUR.

**L**egimus apud *Athenæum* veteres inter bellata post cenam interdum etiam folia lauri adhibuisse. Quod pluribus rationibus factum puro, ait Hieronymus Mercurialis in variis lectionibus, sed potissimum duabus hisce: tum ut vi foliorum excitatoria furni ad caput elati absumeretur: tum etiam, ut odor vini, ac ciborum, qui folet saepenumero à futuris hominibus gravis emitti, absconderetur: id quod *Martial. 5. facete*, & clarè admodum nobis indicavit:

*Fatetur multo Myrsale follet vino, Sed fallat ut nos, folia devorat lauri, Merumque cava fronde non aqua miscet. Hunc tu rubentem prominentibus venis Quoties venire, Paule, videre contra, Dicat licet, Myrsale bibit laurum.*

Apud Ungaros non nivis, sed glaciæ adeo frequens est usus, ut etiam vilissimi russici in pagis eam adferrent. In subterraneis porò adferunt scrobibus, intermixto, & substrato stramine, loco aliquo à Sole non nimium illustrato: cui deinde stramineum pyramidale tectum imponitur, & saepe

circumambiens locus munitur, ut pecus arceatur. Ejus glaciæ fragmentum aquæ cupæ impostæ, qua vinum refrigerant. *E* dum est, inditum, totam illic frige facit. Insuper etiam illa glaciæ comminuta æstivis fructibus, qui bellariorum loco in mensam inferuntur. Sed & Bohemi in suas cerevitiarias cellas glaciem hyeme provolvunt, ut æstate cerevitiæ non accedat, diutius conservare queant. *Cur. Clavius in Bellonii observationibus, l. 3. c. 22.*

Crudus, Colus.

Nemades, ac insolens Hunnorum feritas, nec semicrudas aspernata carnes est. *Calidus, Frigidus. Potus refrigeratus.*

*Sonus Delius lib. Nefad. 1.* refrigeratoria loca excavata in insula Cimolo fieri scribit, in quibus æstatis tempore vasa fictilia tepida aqua plena deponunt, postea nulla re nivibus differentia ea exportant. *Athen. l. 3. c. 21.*

Chares Mytilenæus in Histor. de Alexandro, declarat, quo pacto nivem servare oporteat, ubi Petra civitatis Indiae obfidionem percurrit, dicitque Alexandrum triginta magnas fossas excavasse, quas cum nive replevisset, ramos queros superinjecit: sic enim plus temporis nivem perdurare posse affirmat. *F* *Ibid.*

Callistratus *Comisorum l. 7.* ut testatur Simonides Poeta, cum apud quosdam magni caloris tempore pranderet, pocillatoremque cæteris omnibus, se uno excepto, nivem in poculis miscerent, epigrammate ex tempore pronunciat, & sibi nivem dari poposcit. *Ibid.*

*Protagoras lib. Comicarum Hist. 2.* ubi Antiochi Regis navigationem juxta fluvium Nilum describit, quædam refrigeranda aquæ artificia ita commemorat. Die quidem ipsam in aprico loco ponentes, & quod crassum est, noctu excolantes, reliquam noctis partem in hydriis fictilibus sub æio in editioribus partibus domus exponunt: per totam deinde noctem duo pueri ipsa vasa exterius irrigant, ac diluculo incipientem purgant, facemque rursus subtrahentes, & tenuem ipsam aquam maximèque sanitati idoneam facientes, inter palcas hydrias ipsas collocant, postea illa sic utuntur, nullam nivis inopiam cognoscentes. *Ibid.*

Elegans, Sordidus.

☞ *Exempla in utramque partem plurima domi quisque sue.*

Luxuriosus, Frugalis, Avarus.

☞ *Ex Loco Luxus, item Parsimonia, & Avaritia.* Spartanis communia erant convivia, pauperes cum ditioribus eodem vescuntur obsonio, festisque diebus nigrum jus, & panem igni duratum apponunt, & ut Regi duplum obsoniorum detur, lege sancitum erat: non quidem satietatis gratia, sed ut possent obsonio, quem vellet, honorare. *Alex. lib. 5. c. 21.*

Particularis, Mensa.

Turcæ cibum sumpturi humi desident, exemptis calcæis, quemadmodum olim Romani in suis tricliniis, quæ nihil aliud erant, quam quas nunc Galli salas vocant, & cenacula, quales sunt cauponæ, in quibus erant appendices, sive sublatæ tabulæ, quales apud factores videmus, in quibus suas operas conficere solent, quibus confensis, calcæos eximere solebant. Etenim pedes haud quaquam mensæ supponebant, uti nunc facimus: sed veluti Turcæ, innitebantur pulvinis, qui illorum cubitis suppositi erant. *Quod Martialis* approbat his verbis, *lib. 5.*

*Deposui soleas, adfertur protinus ingens Inter lacucas, oxycarumque, liber.*

Ad comprobandum autem, trichinium id esse, quod Galli salam, vel cenaculum appellant, Varronis auctoritatem in medium attulisse sufficiat, qui de Africanis gallinis agens: Gallina Africana, inquit, quas *μαραγαγιδας* appellant Graeci, novissimæ trichinium gancarium introjerunt è culina. Meminit etiam *Suet.* variis locis. De Caesare enim scribens, convivatam assidue per provincias duobus trichiniis, uno, quo sagati, palliative, altero, quo togati cum iustitioribus provinciarum discumberent, atque in Augusto super festinatas Liviae nuptias objecit, & feminam consularem è trichinio viri coram in cubiculo adductam. Ex his locis animadverti potest, culina, & cubiculi à trichinio differentia. Sed & in divo Claudio. Adhibebat, inquit, omni cenæ, & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulera lectorum sedentes, vescerentur, & paulò post: Nec temerè unquam trichinio abscessit, nisi dissentus, ac madens. *Plinius* item de Elephantis agens: Plenisque hominum trichiniis accubiti iere per lectos, ita liberatis vestigiis,



Partitio ciborum.

A Veterum convivia dæmas appellabant, à dæmo, quoniam...

Indicat Suidas, in conviviis antiquitus moris fuisse, è cibis...

Servatum illud Veteribus, ut per singula ferula manus...

Bactriani inter pocula de bellis consultant: & si quid...

Perfærum mos erat, inter pocula de rebus feriis consultare...

Plæraq; nationes Græcæ, quæ bonam disciplinam habuerunt...

Spartani excellentium virorum laudes, & ignavorum scæda...

Romani in convivia introducebant mationes, ut oris deformitate...

In prisca illis Græcorum symposia, hoc est, compotationibus...

Apud Thraces moris erat, ut procedente potu, Regi...

præstanti dicitores, & simul munera afferant. Athen. lib. 4.

Perfæ lege cautum erat, ne Prochidas, pocula scilicet ampla...

Diod. Biblioth. 5. Ajunt (inquit) cum purum in cœnis vinum...

Plat. in symposiis Decade 3. testatur, convivalibus cantantibus...

Sedent Heroes in conviviis apud Hom. non autem decumbunt...

Eubœam Apollini dæmas, Alethiam, & Corythalam: Bæcho vero plures...

Græcorum æmulatione, & gymnasium, in vinctu, & conviviis...

Da luna properè novæ, Da nollis media, da puer auguris...

Da nollis media, da puer auguris Murena tribus, aut novem...

Da nollis media, da puer auguris Murena tribus, aut novem...

Apud Galatas, & Celts, ad mensam, postquam vino incaluerant...

Apud Samnites inter epulas erat mos digladiari, quemadmodum...

quarum sunt pertinacissimi, etatere conciliabant, ut testatur...

Proditum est, Socraticem nunquam de primo cratere biberere...

Post convivia. Ut est Apomagdaliis.

Veteres utebantur apomagdaliis, sic enim vocabant id, quod...

Athenæus l. 4. tradit apud Arcadas fuisse moris, ut à cœna...

B sacrificarent, non quidem lotis manibus, sed jure, seu offa...

Apud Romanos nefas erat mensam profusinanem relinquere...

Mensam tollere. Apud Romanos nefas erat mensam profusinanem relinquere...

Apud Romanos nefas erat mensam profusinanem relinquere...

Græcorum æmulatione, & gymnasium, in vinctu, & conviviis...

Græcorum æmulatione, & gymnasium, in vinctu, & conviviis...

Græcorum æmulatione, & gymnasium, in vinctu, & conviviis...

Tiberius ad eum modum, & in hanc sententiam pro Corio...

Acroamata, Spectacula, Ludi. Sybaritæ non paltratis modis, & histrionibus, sed ego quoque...

Apud Galatas, & Celts, ad mensam, postquam vino incaluerant...

Apud Samnites inter epulas erat mos digladiari, quemadmodum...

Abdyeni in hospitali mensa, & conviviis, postquam opipare...

Apud Babylonios post epulas mulieres summa velamenta exuunt...

T. Pomponius Atticus, libello post convivium lectitare solitus erat...

debat convivis. Tiberius ex lectione quotidiana quaestionem...

Heliogabalus fortes convivales post cenam proponebat, ut...

ALEXANDER Severus interdum inter edendum, sæpius tamen...

ALFONSUS Sicilia rex statim post prandium vel Antonium...

QUÆ DANTUR. CUJUSMODI SUNT EPULÆ, CONVIVIA.

Considerando. QUÆ, QUALIA. CONVIVIA Publica, Epulæ.

Reges Perfærum quotannis regiam cœnam instrunt, quam...

ARTAXERXES Perfærum rex, post susceptum imperium, &...

constitutus ab India usque Æthiopiæ cœnæ gratiam, anno...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

Id erat instructum in hunc modum. Præternævium...

implevit : tantamque ciborum copiam comparavit, ut per A multorum dierum spatium, volentibus, ac ingredientibus, paratis cibis vesci liceret, qui nullo intervallo administrabantur, cum statum conviviorum diem is finivisset, poeta quidam barbarus tardius accessit, atque obvisus ejus amplitudinem cecinit: conquisitque est, quod paulo serius accessisset. Eius cantu delectatus Luernius, auri loculum petiit, atque ei accurrenti obicit. Quem cum ille accepisset, cecinit rursus, quod quacunque hic curru vehebatur, terræ vestigia aurum, beneficiaque hominibus producerent. Hæc lib. 23. Pofidonius Stoici scripta testatur Athen. l. 4. c. 13.

Narrat Plut. l. 3. Ariannem, qui ditissimus erat Galatarum, pollicitum fuisse se omnibus Galatis per anni spatium epulas esse traditurum, atque hoc ita perfecisse. Per opportuna primum viarum loca pro regione in stivis excepit, in quibus ex arundinibus, calamis, viminibusque scenas, circiter quadringentos homines, vel etiam plures, si locuta ferret, capientes, facere aggressus est: tunc ex civitatibus, & vicis multitudinem excipere cepit, atque hic multiplicibus carnis plenos magnos lebetes constituit, quos ante annum, B quam id facturus esset, fabris ærariis ex civitatibus accersitis facere jussit. Postea sacrificia taurorum, suum, ovium, aliorum jumentorum singulis diebus multa persolvit: vini dolia, farinaque irrigata magnam copiam paravit, ita ut non solum in ut Galatæ, qui ex vicis, civitatibusque conveniant, hic vescerentur, verum etiam omnes, qui accedebant, externi non prius à pueris dimittebantur, quam cibum sumpsissent. Athen. lib. 4. c. 11.

Habebant Rom. conviviorum celebrationes, quæ aut erant convivia pontificalia, quæ in sacrificiis à sacerdotibus parabantur: aut triumphalia, quæ post victoriam imperator, vel dux populo dabat: aut Funebria, ut etiam honor haberetur de mortuo. Dabantur item Viscerationes, id est caro cruda, congiaria & missilia, quæ spargebantur, ut puta linea, odores, unguenta, cum aliis temporibus, tum maxime Saturnalibus in theatro, ut Suet. in Calig. Polyd. lib. 4. c. ult. de rerum invent.

Clientibus olim Romæ ab his, quos sectabantur, frequens sportula dabatur, quæ prius centum quadrantes fuit: deinde rectam dari institutum: quare Vocatores principis dicti, qui ad cenam convivas admittent: quorum nonnulli mercede accepta, aliquos subditios principum sæpe cœnis advocarunt. Quam Nero ad sportulas revocavit. Alex. l. 4. c. 24.

Romulus rex Rom. cum fratre Remo expositus, à Laurentia Faustula pastoris uxore susceptus est, & educatus. At qua turpe erat, eo tempore aliena vivere quadra, sicut ut uniusquisque in symposiis suum & cibum, & potum afferre solet, ne parafitus audiret, alienique devorator (qui mos etiamnum apud Germanos, quando amici se mutuo invitant, observatur.) hujus infamiam diluenda causa, & simul pari, aut majori liberalitate cives sibi oblicandi, Brumalia festa instituit, quibus à rege Senatuz, & milites alerentur. Brumalia enim nihil aliud lingua Romana significat, quam de alieno vititare. Suidas.

L. Sylla deposita Dictatura, universi patrimonii sui consecratis Herculi decimam, præbuit splendidum epulum populo per multos dies: tantoque exuberantior usu apparatus fuit, ut quotidie magna copia cibiorum in annem proiceretur, vinum diffunderet quadraginta annis vetustius. Plut. in Sylla.

Magnificum epulum C. Jul. Cæsar in Libyco triumpho D populo Romano dedit, in quo duobus & viginti millibus triduum est accubitum. Civibus viridem denos frumentum modios, totidemque olei libras, trecentosque nummos divisit. Suetonius.

Domitianus sportulas ad cœnas reduxit, in qua frequens obsonium, panis, oleum & porcina caro dari solita, absque vino. Alex. l. 5. c. 24.

\* Helvetiis soleme est, publica instituire convivia. Hinc in urbibus quidem opificum collegia, aut civium societates, redes particulares habent, immò & in pagis quilibet pene vicus, casque vocant Sociorum domum, eo quod amicitia causa conveniant cum viri, tum uxores, paucisque ferulis contenti sunt. An etiam moderato vino? Simlerus de repub. Helvetior. l. 2.

\* Ceterum Belgis etiam nostris usitatum, ut opificum collegia, & societates sua habeant atria, & porticus, in quibus de rebus suis acturi conveniant, & subinde conviventur advocatis ex more aliquibus de clero, & magistratu, qui intersint, quo omnia decore agantur, & moderatè.

Privata.

Elifæus Eliam secutusur, boves duos macnavit, populoque E epulandos dedit. 2. Reg. 19.

Auctor Plut. est, Cimone Miltiadi F. Atheniensem, liberalitatis fama superasset, Pireumque mœnibus munivisset, centum boves macnavit verè, non autem fictè, atque omnes Athenienses ad convivium convocavit.

Alcibiades cum in Olympicis primus, secundus, & quartus curru vicisset, quæm victoriarum Epinicum scripsit Euripides, Jovi Olympio sacra initiatus, universo populo congresso convivium exhibuit. Idem fecit & Leophon in olympiis: cujus Epinicii auctor est Simonides Cæus. Empedocles Agrigentinus, cum equestri certamine Olympia vicisset, bovem ex myrrha, thure & preciosissimis aromatum generibus composuit, eumque spectatoribus occurrentibus distribuit, quippe qui Pythagoricus erat, & ab animatis omnibus abstinebat. Athenæus l. 1. c. 1. Diphonopistharum.

Prima pugna ad Naxum, civitas Atheniensis per se sola, postquam capta fuit à Lyfandro, confixit cum Græcis, videlicet Chabrium misisset complexa est, & Phocionem ut vicium astimavit imperio dignum. Pars victoria est magnis B myrtilis: cujus causa decimoexto die mensis Boedromionis dabat populo Atheniensis quatuordecim Chabrys vini congiarium. Plut. in Phocione.

L. Paulus Admiralis Græcis, quod in magno, splendido victorale, admirantibus Græcis, quod in magno, splendidoque apparatu curiosus esset, dicere solebat: eisdem esse animi & aciem, & convivium bene fructu. Illam quidem, ut formidulosos hostibus: hoc, ut amicitia gratas esset. Plut. in Rom. Apoph. l. 9. in Emilio.

C. Jul. Cæsar Dictator, triumphus sui Africanæ cœna, vini Falerni Amphoras, Chii cados in convivia distribuit. Idem Hispaniensis triumpho Chium, & Falernum dedit. Epulo vero in tertio consulatu suo, Falernum, Chium, Lesbium, Martetinum: quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat. Plin. l. 14. c. 15.

Tiberius Cæsar triumphus Germanici dedit prandium populo mille melle, & congiarium tricenos nummos viritum dedit. Suetonius.

Inaugurales.

C. Dum Carolus V. Bononia coronatur, è lacubus, qui in summo prætorianæ porticus fornice fuerant fabricati, per fistulas rubra, & alba vina fundebantur: panes ab alto in subiectos milites spargebantur, torrebaturque in machina versatili bos integer, ingens, hædis, vervecibus, ac omni ferè voluerum genere fartissimus: ut in tanta festa hilaritate milites sub armis in acie stantes, ad manum parati oblonis cum juvenitate vescerentur. Jovius l. 37.

Pacis.

MATTHIAS Corvinus Ungaricæ rex, Uladislaum Boemica regem, ad conventum Olomuzensem in Moravia firmam amicitia gratia invitatum, magnifico apparatu, & luxu excepit. Vide Bonifinium l. 5. Dec. 4.

Cum ad Uratislaviam Silesiorum metropolim, cum Casimiro Polonice regem, qui bellum prior indixerat, in gratiam disisset, Casimirus ad urbem invitatum honorifice excepit, incredibili luxu. Idem l. 2. Dec. 4.

Nuptiales.

D. Si in bis sumptus spectes, seu verò ipsam Munus, quoniam aliis tribuuntur, hujus erunt loci propriè. Neapoli, in Frederici III. Cæsaris adventu pluribus diebus nobilissima vina in speciem aquæ extemporariis fontibus ubertim fluxere, Alfonso regis magnificentia. Sab. lib. 8. cap. 7.

Hospitalitatis.

Cum Martonius à Xerxe Persarum rege in Græcia relictus cum exercitu Thebis ageret, Attagnus Phrymonis filius Thebanus, convivio magnifice apparato, Martonium ipsum, & Persarum honoratissimos quinquaginta invitavit, cum quinquaginta Thebanis: & in singulis lectis alternos, Persam & Thebanum, discumbere fecit. Herod. l. 9.

Licham scimus Laconem nulla re celebrem alia in Græcia crasse, quam quod ludis gymniciis esset solitus cœna excipere peregrinos. Plut. in Cimone.

Philosophicæ.

Philosophi olim conventus, & symposia publica in civitate. L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

tibus agebant, sumptibus publicis eorum, qui huic, vel illi sectæ savebant, eisque propaganda studio pecuniam conferebant. Reliquit pecuniam Theophrastus in eujusmodi conventum: non ut intemperanter agerent una convivantes, sed ut moderatè, eruditèque in symposiis differere liceret. Curæ erat ipsis præterea Philosophis, ut juvenes statuto quodam ordine ad convivium secum adducerent: nam & Xenocratis lex erat Academia, & Aristotelis convivalia quædam instituta. Athen. l. 5. c. 1.

MUNERA ALIMENTARIA.

TUM

In genere. Commeatus.

Abigail uxor Nabal erga Davidem cibaria per suos nuncios petentem liberalis fuit. Clam enim marito, qui eos inhumane exceperat, ducentos panes, duos vini utres, & quinque oves apparatus, quinque fasa polentæ, centum uvas passas & cc. ficum calathos afinis imposuit, iisque Davidem iratum placavit. 1. Reg. 26.

SALOMON rex Judæorum, Hiram regi Tyrriorum quotannis viginti millia coros tritici, & viginti coros expressi olei ad alimenta familie illius liberaliter suppeditabat: ipse vicissim Hiram operas suas Salomoni in templo edificando locabat. 3. Regum 5.

Lacedæmonii, cum rogantibus annonam misissent Smyrnenis, atque beneficium illi in coelum ferrent laudibus: Nihil esse dixerunt id magni. Hanc enim subtrahit nobis, jumentisque nostris in unum diem prandio coegimus. Plut. de Discernendis adulatoribus.

Hetmoni Theffali, magistratum ob pauperent defugiendi, lege lata attribuerunt legem vini mensuram, & medimum farinae quarto die quousque mensis. Plut. in præceptis politicis.

MANTUS Marcius adils plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit. Mimucius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, fratris precium non minus ad aliam rededit undecimus plebis tributus: qua de causa statuta ei extra portam Trigeminam, à populo stipe collata, statuta est. Trebibus in adilitate assibus populo frumentum præstitit. Quam ob causam & ei statuz in Capitolio, ac Palatio dicatæ sunt. Ipse supremo die populi humeris portatus in rogam est. Plinius l. 18. c. 1.

Annona existente ardire, ob assiduas sterilitates, Claudius Imp. cogitavit hyberno tempore invehendos commeatus, suscepro in die damno, si quid per tempestates accideret. Cusp. ex Suetonio.

M. Antonius Pius Imp. vini, olei, & tritici penuriam, per ærarii sui damna emendo, & gratis populo dando, sedavit. Capitolinus.

THEODERICUS, Ostrogothorum rex, qui Odoacro Herulo caeso, totius Italiæ adeptus est imperium, Romanis singulis annis dedit viginti millia modios tritici. Paul. Diac.

HERONYMUS Adurnus Genuensis princeps, Hadrianum VI. ex Hispania Romam ad incendum Pontificatum contententem, liberaliter cum tota civitate excepit, ingenia dona recentis præcipue commeatus cum publico civium, tum suorum nomine Pontifici derulit, quæ tanta fuere, ut Hadrianus, quasi non omnia oculis planè contemplatus, singularum rerum indicem deposceret, ut grato ad ejus officii memoriam animo, cuncta consideratis astimarentur. Jovius in Hadriano VI.

FERDINANDUS Castellæ, & Asturum rex, Coimbriam Lusitanicæ arcta obsidione premebat. Ceterum commeatus inopia urbem relinquere cogebatur, cum Monachi pii Lorvancenses, qui sub Saracenis vivebant, laboribus manuum suarum victantes horrea sua subterranea, quæ suam ipsi defraudantes genium frumento, hordeo, milio quam instruxerant, regi liberaliter obtulerunt. Quo subsidio confirmatus, urbem tandem expugnavit. Rodericus Tolanus lib. 6. verum Hispaniarum, cap. 12.

In specie. Cujusmodi sunt

Villarum, Hortorum fructus.

Pisistratus Atheniensium tyrannus, neque in villis, neque in hortis custodes constituebat, ut narrat Theopompus libro vigesimo primo: sed volentibus ingredi concedebat, quæcunque vellent capere: quod & Cimone Miltiadi F. postea fecit, cum